

**QUAE FUERINT PATCULII PARTES
INEUNTE BELLO SEPTENTRIONALI.**

DISSERTATIO

QUAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO

AUGUSTO AC POTENTISSIMO

PRINCIPE AC DOMINO

D O M I N O

CAROLO FRIDERICO

MAGNO DUCE SAXONIAE VIMARIENSIVM ET ISENACENSIVM
PRINCIPE LANDGRAVIO THURINGIAE MARCHIONE MISNIAE
PRINCIPALI DIGNITATE COMITE HENNEBERGAE DYNASTA
BLANKENHAYNII NEOSTADII ET TAUTENBURGI REL.

CONSENSU ET AUCTORITATE

ORDINIS PHILOSOPHORUM AMPLISSIMI

IN ACADEMIA JENENSI

V E N I A D O C E N D I

RITE ADIPISCENDA

DIE XXIII M. OCTOBRIS A. MDCCCLVII

PUBLICICE DEFENDET

AUCTOR

ERNESTUS ADOLFUS HERRMANN

DORPATENSIS

PHILOSOPHIAE DOCTOR, ARTIVM LIBERALIVM MAGISTER.



**JENÆ
TYPIS BRANII.**

22.

1509

Belli causas, quod incunte saeculo duodevicesimo inter civitates septentrionales Europae ortum unoque et viginti demum annis post confectum est, positas fuisse in Daniae, Poloniae et Russiae simultate cum Suecia invalescente, quam principes illarum civitatum pro prioribus iniuriis facillime castigare posse sibi viderentur, si iunctis viribus regem iuvenem, qui a. MDCXCVII patrem Carolum XI secutus erat, aggrederentur, nemo est, qui nesciat. Dania Scandiam recuperare et sumptu vicinae cognataeque aulae Gottorpiensis imperium dilatare concupivit; Russia, quae Caesari paruit Magni nomen merito, ad potestatem confirmandam regionibus, quas olim ad sinum Finnicum habuerat, vix carere potuit, et rex novus Poloniae auctoritatem suam in regno novo nulla re magis firmatum iri putavit, quam si ipsi contingeret, tam felici esse, ut ducatum Livonicum Sueciae a Polonia Olivae concessum sub potestatem suam redigeret.

Iam facile apparet, adversariis foederatis in frangenda Sueciae potestate quam prudentissime ac strenuissime versandum fuisse, ne conatus in irritum caderent. Quum autem haud raro fiat, ut viri magni consilii consulantur quidem nec vero audiantur

neque simul copiam rerum bene gerendarum nanciscantur, fieri solet ut eventus omnem spem fallat. Quapropter historicorum est, culpa et meritis bene ponderatis suum cuique quam aequissime tribuere.

Aequales belli septentrionalis, quod dicunt, fere omnes in consiliis infestissimis regum foederatorum maximas partes tribuerunt Joanni Reinholdo Patculio, viro nobili Livoniae, propter Sueciae odium non minus claro quam misero. Et minime appareret, cur Carolus XII in eum, quum contra ius gentium Altranstadii sibi magis proditus quam traditus esset, ultima crudelitate saeviisset, nisi vere illi iudicassent, Patculium huius rei maxime participem fuisse. Nihilo tamen secius adhuc dubitatur non solum, quatenam eius consilia fuerint, sed etiam quomodo Caroli hostes ea exsequi voluerint. Nos quidem e tabulis quibusdam et literis, quibus in regio Saxoniae grammatophylacio uti nobis licuit, tria potissimum, quae huc spectant, probare possumus:

primum, Patculium, quum nomine equitum Livonicorum de Livoniae a Suecia defectione cum rege Poloniae ageret, profecto ab illis ipsis mandata habuisse;

deinde, Augustum II Livoniam non exemplo Sigismundi Augusti cum republica Polonorum iuncturum fuisse, sed novae provinciae cupidum, quae ipsius esset, id potius egisse, ut eadem fere Livoniae esset

ratio, quae iam Curoniae cum Polonia intercedebat;

denique consilium Patculii, quo Livonia uno ictu Suecis eriperetur non auctoris ipsius culpa sed negligentia Flemmingii, qui iussus erat conata exsequi, peremptum esse.

Quo clarius haec perspiciantur, monstrandum erit, quomodo cum rebus notis cohaereant. — Ducatum Livonicum pactione ordinum Livonicorum et Sigismundi Augusti, regis Polonorum, neque iuribus neque legibus immutatis, a Suecia in provinciae formam redactum, Carolus XI spreto omnibus pactis iniquissime tractaverat et reductione bonorum quam dicunt fere iam perdiderat. Cum F. O. Vitinghoffio, A. de Mengden et L. G. Budbergio Patculus quoque ad iura patriae servanda Holmiam missus est. Tantum autem aberat, ut benigne audirentur, ut perduellionis accusarentur et die secundo m. Dec. anni 1694 capitis damnarentur. Eodem tempore equitibus Livonicis sine iusta causa veteres immunitates ademptae sunt. Patculus, antequam iudicium istud pronunciaretur, die XXXI m. Oct. anni 1694 e Suecia aufugit. Socii, remissa poena vitae in vincula quidem coniecti, sed a Carolo XI moribundo, uxore eius deprecante libertate donati sunt neque prohibiti, quominus in patriam redirent. Et quum a. 1699 veteres Livoniae ordines cum sacerdotibus Rigam convocarentur, ipse ille G. Budbergius, qui Marstrandii

in custodia fuerat, praediorum possessoribus praefectus est. Si cui haec fides viro tam suspecto habita mira videatur, tenendum erit, e Suecia haud ambigue praescriptum fuisse, quid ageretur et ex allegatis tantum paucos quosdam a procuratore provinciae in arcem vocatos esse, quibus mandata regia traderet ¹⁾).

Nihilo minus tamen Sueci experiri debebant, quid mali e violentia et improba contemptione iuris oriatur. Nam equites Livonici se nullo amplius officio Sueciae obstrictos esse rati, iugo Suecico abiecto alius regni praesidio vetera iura recuperare studebant. Hoc idem Patculus exulans assiduo efficere contendit. Inde a fuga non sine magnis calamitatibus ac periculis complures annos hic illic versatus erat. Tum singularem gratiam a comite Dankelmanno iniit, in aula Brandenburgica multum valente. Aliquamdiu in eius praedio Helvetico degit, cui nomen Prangin et eidem annuam pecuniam illius aulae debuit, quae ipsi, licet non inopi, tamen in exsilio omnibus inopiae casibus exposito ad liberaliter vivendum suppeteret. Atque iam omnibus intentis viribus id egit, ut Brandenburgicum sibi conciliaret et consilia sua ei quam maxime commendaret. Postquam autem comes ille in offensionem principis sui incurrit, Patculus quoque sperare desiit, fore ut ab hac aula optata

1) Vide Scholzii liberi Baronis librum: *Die Geschichte der Reduction in Livland.*

impetret. Tum accidit ut Paykulii popularis cuiusdam militum praefecti, qui in Borussia agros possidebat, beneficio, Flemmingium e Polonia in Saxoniam redeuntem multumque iam apud Augustum II gratia valentem, cognosceret. Disertissime huic commoda exposuit, quae regi Polonorum eventura essent, si provinciam oppressam tueri, Sueciae eripere et in potestatem suam redigere vellet¹⁾. — Patculus totum se praebuit talem, quali nunc opus erat. Vixdum enim Caesar Russorum ex Hollandia per Vindobonam rediens in conventu trium dierum (a decimo usque ad tertium decimum diem m. Aug.) Ravae regem Polonorum ad bellum Carolo XII ultro inferendum instigaverat et iam die vicesimo quarto mensis Martii eiusdem anni (1698) in eundem finem reges Polonorum et Danorum Dresdae foedere facto pacti erant, ut invicem sibi octo milibus militum contra quoscunque opitularentur. Tum Patculio, postquam cum rex in numerum suorum consistorianorum recepit, mandatum est, ut rationem belli adversus Sueciam gerendi quam proxime describeret. Libellus, quem concepit, tam acre iudicium de omnibus rebus, quae in censum veniebant, prodit, ut non possimus, quin maximam partem cum lectoribus communicemus²⁾.

1) Vide Additam. I.

2) Inscriptus est: „Unmaafsgeliches Bedenken etc.“. vid. Patkulii „Berichte an das zarische Cabinet in Moskau etc.“ Berolini 1795, T. II p. 257—266.

Patculus regi suasit, ante omnia foedera facere, quibus opus foret et res Polonicas, quantum posset, firmare. Apud externas aulas in eo elaborandum esse, ut suis quamque commodis captaret aut certe eo adduceret, ut conamen istud tanquam orbis vel Europae fines excedens nihil curarent. Ut Brandenburgicus a bello abesset vel etiam consentiret, facillime promisso nomine regio impetratum iri. Neque Daniam, quae inexpiabili odio Sueciae ruinam sibi propositam habeat, exoptatissimam occasionem omisuram esse, qua ducem Gottorpiensem coercere possit. Russiae Caesarem eo minus defore, quod regi in conventu Rawensi ipse bellum suaserit; neque tamen obliviscendum, eum et Portam Ottomanicam nondum in pace esse. Nihil incipiendum, nisi hac pace firmata et Polonis pacatis. Hinc mature curandum esse, ut Caesar Ingria et Carelia, quae terrae iam maiorum fuerint, contentus sit. Sed si rogitet, num respublica Polonica bellum probet, totum consilium mox tam notum fore, ut Suecia facile parare possit. Paucos igitur quosdam senatores magnae auctoritatis, in iis si fieri possit, Radcieowizkium cardinalem primatem spe lucri non modici clam conciliandos esse et occupationibus, quarum eventus consilia maxime commendet, id agendum ut respublica quam minime dubitet annuere. Quem ad finem expugnanda arce Rigensi ordiendum, quae situ, operibus et praesidio magis occupationi exposita sit, quam

alius usquam locus. Ut autem ducatus Livonicus sic expugnandus in omne tempus obtineatur, Patculus multa suadet, quae pariter ordinibus Livonicis ac reipublicae Polonicae aulaeque Saxonicae profutura esse sperat. Denique praedicit, ut ne a consilio proposito discedatur. Quam citissimo eventu opus esse; diuturni dubiique belli fortunam experiri periculosissimum fore.

Ac re vera aula Saxonica Poloniae illud consilium in toto hoc bello adversus Sueciam gerende secutura erat. At non exsecuta est ideoque maximam sibimet ipsa paravit calamitatem. Patculus, utpote quam concordissime cum equitibus Livonicis faceret, confecto illo libello statim illis indicaverat, quam promptus et paratus rex Polonorum esset, patriam oppressam liberare. Patet hoc e literis d. XXVIII m. Febr. a. 1699 datis, quibus idem ille Gustavus de Budberg Flemmingio pro studio Livoniae in libertatem vindicandae nomine omnium equitum gratias agit et rogat, ut porro fratri (Patculio) apud eum commoranti in omnibus rebus fidem habeat¹⁾. Quae literae Flemmingio per eundem haud dubie mareschallum aulicum Loewenwoldium missae sunt, qui alias quoque Patculio amicitiam tam egregie probavit²⁾.

1) Vide Addit. II.

2) cf. *Bergmann, kleine Schriften*, Lipsiae 1806 T. I. p. 87. 93.

Praeter has in grammatophylacio aliae literae eiusdem diei asservantur, sigillo equitum Livonicorum obsignatae, quibus Patculio praecipitur, quid potissimum in praesenti spectandum sit¹⁾. Ac veri non est dissimile, apertis his secretis literis equitum Livonicorum libellum illum iterum a Patculio consistorianis regis Polonorum propositum esse, unde facile elucet, qui factum sit, ut adscriptum sit et *Grodnoviae Cal. Jan. et Varsoviae* d. VII Apr. a. 1699.

Secundum mandata accepta Patculus deinde nomine ordinum Livonicorum pactionem confecit et capita secreta exaravit, quae a rege Augusto Varsoviae d. XXIV m. Aug. a. 1699 accepta et subscripta sunt. Huius pactionis summa capita, incepto bello, ad Livonos contra Suecos incitandos, lingua latina typis impressa atque in novissima collectione „privilegiorum Livonicorum“ quae Lipsiae a. 1841 prodit, p. 116—119 edita sunt. Invenimus tamen hanc pactionem publicatam pluribus locis ab exemplo primo differre. Haud dubie et Polonorum erat ratio habita neque equitum Livonicorum studia, quibus Patculus postpositis civibus et urbibus favebat, ante tempus divulgari volebant. Sic paragrapho undecima exempli primi manuscripti iura ordinum Livonicorum res sacras spectantia multo ma-

1) Vide Addit. Nr. III.

gis firmantur, quam in exemplo typis impresso. In hoc porro de urbe Riga disertis verbis legitur §. 3: „quoniam urbs Riga sequestra quasi est securitatis provinciae, huiusque salus illius incolumitate nititur, alius modus statuatur urbem hanc ita tuendi, ne ingruenti bello, quod olim evenit, iactura huius emporii de novo universae Reip. damnosa esse possit.“ Contra in exemplo manuscripto diserte statuitur, ut omnia beneficia et privilegia, a rege Stephano et Sigismundo III Rigensibus ad defendendam urbem concessa, civitati adimantur et ad equites transferantur¹⁾. — In secretis capitibus, quae

1) Exempli manuscripti §. XIII continet, quae sequuntur: *Und weilien die Stadt Riga sich ao. 1621 zu höchstem Nachtheile dieses Reiches, an Schweden ergeben und solches, wo nicht durch gehabte Verständniß mit dem Feinde, dennoch dadurch geschehen, daß keine genugsame Gegenverfahrung zu Aushaltung einer Belagerung, gemacht gewesen; so sollen alle die, von Unsern hochlöblichen Vorfahren, Christmildester Gedächtniß als dem Könige Stephano und Sigismundo Tertio, derselben Stadt ertheilte beneficia und Privilegia auf die Ritterschaft hiermit transferiret und nebst deme, die Ritterschaft vor sich und proprio jure berechtiget seyn, aus ihren Mitteln den Burggrafen einzusetzen und sowohl die Disposition der Festung, als Zeughäuser und Stadtschlüssel, sambt dem Fond, so zum Unterhalt derselben bishero angewandt worden, und sonst dazu gehöret, oder dazu noch könnte angewandt werden, zu sich zu nehmen, damit diese so importante Festung und deren dependirende Sicherheit des ganzen Herzogthumbs, hinfüro nicht mehr, wie geschehen, periclitire.*

adhuc nondum innotuerunt, equites profitentur, se quantum possint rempublicam Polonicam adducturos esse, ut regi Augusto eiusque haeredibus, si vel regnum Polonicum non nanciscantur, tanquam ducibus Livoniae imperium ducatus Livonici per simultaneam investituram conferri sinat ¹⁾).

1) *Articuli secreti §. 1.: — — — Und weil ferner die Ritterschaft sich wohl zu bescheiden weiß, daß die künftige Sicherheit und Befästigung ihrer Wohlfarth größtentheils darinnen bestehet, Ihren Estat ein considerables Haupt zu verschaffen, um durch dessen Ansehen und vermögen, sich bey der nunmehr behandelten Freyheit und Gerechtigkeit zu conserviren; so erkläret sie sich hiermit, zu der Zeit, da es Ihro K. M. vor gut und dienlich ansehen werden, nach allen Kräften bey der Republic Pohlen dahin zu negotiiren, daß dieselbe auch an Ihro K. M. und Dero Leibes Erben, wann auch diese schon der Polnischen Krone nicht sollten theilhaftig werden, dennoch als Churfürsten von Sachsen, das Lehen über das Herzogthum Lieffland, als Herzogen derselben province per simultaneam investituram, conferiren möge; welchem nach Ihro K. M. und obbergte Dero Erben, berechtiget seyn sollen, als Herzoge von Lieffland sich des Namens in ihren titulo zu gebrauchen, und soll auch in diesen regard dis Lehen, als ein feudum illustre seinestheils zu consideriren seyn, da denn die Ritterschaft Ihr. K. M. und Dero Erben als Herzoge von Lieffland, vor Ihren respective Herren und Haupt anzunehmen, und dagegen gestalten Sachen nach, sich zu aller unterthänigsten devotion, Treue und Liebe, schuldig und pflichtig erkennen, auch allermöglichst bedacht seyn wird, daß eben dies engagement, als eine Grundfeste von der Wohlfahrt dieser province in völligem vigore immerhin bleiben möge.*

Quo facto cavendum erat, ne respublica Polonica regi haec conanti repugnaret. Flemmingii et Patculii erat, acerrimos adversarios conciliare. A cardinale primate, viro ambiguo et insidioso, centies mille ioachinis promissis assensum redemerunt. Tum sex vel septem millia militum Saxonico-
rum, quibus Flemmingius praefectus erat e Polonia ad Polangam cogebantur, non ad portum construendum, ut aiebant, sed ut inde per Curoniam quam proxime in fines Livonicos pervenirent. — Interea Dresdae cum Dania studiosissime agebatur. Comes Reventlow legatus Danicus et Flemmingius Wellingium, legatum Suecicum, amicitia simulata turpiter fefellerunt. Noctu enim de Suecia iunctis viribus perdenda consultabant et iam die vigesimo quinto m. Sept. non tantum de bello propellendo, ut anno ante, sed etiam inferendo inter eos convenit. — Jam ante aliquos menses Caesar Moscoviae cum Paulo Heinsio consistoriano Danico contra omnes hostes Daniae et Russiae item foedus de Suecia opprimenda fecerat, quod ratum esset, simul ac pax cum Turcis confecta esset. Nihilominus Caesar, aequè dolosus ac socii, die $\frac{8}{18}$ mens. Nov. a. 1699 cum legatione Suecica Moscoviae pactiones Cardibus, Plusamindiae et Moscoviae annis 1661, 1666 et 1684 factas renovavit. Sed iam tribus diebus post pacem cum Suecia renovatam, ut dudum convenerat, arma cum Rege Polonorum

contra Sueciam sociavit. Huuc ad finem Carlowitzius, praefectus Saxonum cum Patculio ad Caesaris aulam se contulerat. Pactum est, ut rex Poloniae ante omnia Livoniam et Esthoniã invaderet, Caesar autem pacem hoc ipso anno cum Porta faceret, anno post cum Suecia rumperet sibi que Ingriam Careliamque expugnaret. Simul Carlowitzius Caesari verissime asserere potuit, Rigae iam exercitum Saxonicum exspectari a parte per Patculium Electori conciliata, quae arma sociare parata sit. — Hic omnia in celeritate posita erant. Ad Rigam, caput Livoniae improvise impetu occupandam Patculius singulari libello ¹⁾ diem sextum decimum m. Dec. a. 1699 constituerat. Putabat enim et mensem loci natura et diem tali expeditioni aptissimos esse. Saturni enim erat, quo cives mature somno se dabant et secundum calendarium Gregorianum in Curonia usitatum festus, quo propter vacationem minus timendum erat, ne Dahlbergius Rigae audiret, Saxones paratos adesse. Flemmingio mandatum erat, cum Payculio impetum facere. Copiae in regionibus Lithuanicis Schawel, Yaniski, Sallat et Birsia erant, unde quam celerrime per Curoniam ad fines Livonicos transducerentur.

Si Saxones Riga potiti essent, respublica Polonica vix dubitasset, regem bello incepto pro vi-

1) Inscriptus est: „*Project zu der Entreprise mit Riga*“ atque XVII paginis fo. 4. continetur.

ribus iuvare, sed negligentia et securitas ministerii Saxonici quodvis inceptum iam ab initio perdidit. Flemmingius ipse huius rei culpam in commentariis manuscriptis in disciplinam copiarum Saxonicarum confert, omisso quod maximum est, ipsum tempore constituto non in castris fuisse, sed rebus privatis intentum in Saxonia mansisse. Videtur fere consulto officia sua neglexisse, ne frustra regis gratia sibi promissa esset ¹⁾. — Carlowitzius eodem tempore Moscovia in Poloniam per Rigam redierat, ut in hac urbe, quae vera ratio rerum esset, cognosceret. Comes Dahlbergius, praefectus provinciae, cui a legato Suecorum Moscoviensi commendatus erat, eum in arce Rigensi summis honoribus excepit atque die XXII m. Dec. benignissime dimisit. Neque precanti concedere dubitavit, ut trahae suae ad novum iter Moscoviense per Rigam transmitterentur, quibus clam milites in urbem intromittere in mente habuit. Hinc satis apparet, tum eum nihil de dolis regis Polonici suspicatum esse.

Patulius ex convento Moscovia Yaniskiam se contulerat, sed frustra illic Flemmingii adventum ex-

1) Die XXII m. Nov. his verbis regem roganti: „was er sich zu Seiner königl. Gnade bei unglücklichem Ausschlag des Unternehmens gegen Riga zu versichern?“ responsum erat: „die evenements dependiren von Gott und nicht von Menschen, also hat er sich aller Gnade zu versehen.“

spectabat, quamquam hic ipse sese affore promiserat. In epistola Memeliae ad illum scripta die nono Ianuarii n. st. a. 1700 conqueritur, vix ac ne vix quidem restitui posse, quae omisso opportuno temporis momento neglecta sint ¹⁾. Quod mox eventus docuit, Dahlbergius itinera copiarum Saxonicarum, quae propter inopiam commeatus e Lithuania in Curoniam sese transiisse dicebant, observare coepit. Hallerto, imperatori, quum Holmiae in captivitate viveret, narratum est, Dahlbergium primum ab uxore Ducis Curoniae, quae non minus Suecis favebat, quam coniux obstabat, de Polonorum consiliis hostilibus certiolem factum esse ²⁾.

Duobus demum mensibus post diem antea constitutum Flemmingius e castris Yanisciensibus impetum suscepit, quem dudum in Rigam facturus fuerat. Sic factum est, ut hic conatus Dahlbergii vigilantia irritus fieret, qui tanto temporis spatio interiecto Rigam tumultu bellico maxime exterritam et perturbatam satis munire potuerat. Sed vel sic Rigae non exiguum periculum imminebat. Saltem Nordbergius probabili modo multorum, qui tum adfuerunt, dictis allatis contendit, Flemmingium, si primo tumultu Rigam petiisset, subito potirum fuisse. Sed addit, felici casu Flemmingium ipsum se tali conatui imparem iudicavisse. — Quum autem impetus in Rigam irritus

1) Vide addit. No. IV.

2) Vide addit. No. V.

fuisset, expugnatio castelli in sinistra Dunae ripa adversus Rigam siti (*Kobernschanze*) et arcis Dunamundae nullius erant momenti. Suecis tempus datum est ad vires colligendas et ad fructum ex adversa Saxonum fortuna capiendum. Livoni autem, ut publice quemadmodum voluerant a Suecis desciscerent, tantum aberat, ut cogerentur iurare, se nullo modo clam cum hostibus coniunctos fuisse. Wachschlagerus enim, Sueciae legatus, in aula Polonica literis die XXII m. Maii Wratislaviae scriptis nuntiaverat, se certis auctoribus comperisse, Patulium Varsoviae ut cardinalem primatem et rempublicam ad foedus contra Sueciam faciendum persuaderet, apud Senatores aliosque nobiles Polonos indicem et mandata hominum nobilium et civium Rigensium monstrasse, qui secum in hac re conspirarent. Praefectus igitur provinciae et ab his et ab illis postulavit, ut se tali crimine purgarent et hunc ad finem conventum in diem $\frac{10}{20}$ m. Junii a. 1700 indixit. Equites aegerrime obsequabantur. Quamvis diu tergiversarentur, tamen ad unum omnes nomine subscripto affirmare debuerunt, se non cum Patulio fecisse, quippe improbissimo patriae proditore. In his maximi commemorandi sunt idem ille Gustavus Budbergius et Vitinghoffius.

Quemadmodum hoc initium belli contra Suecos suscepti propter perversitatem eorum, quibus administrandum erat, eventu caruit, sic in omnibus aliis rebus civitas Saxonica tam ineptas rationes secuta

est, ut omnia quae in hoc bello porro susciperet, spem eventu fallerent. Inconstantia regis tanta inter ipsum et ordines Polonicos discordia orta est, ut suis viribus prorsus diffisus sola Russiae societate auctoritatem imminutam restituere conaretur, ac totus e socii voluntate penderet. Frustra Patculus indefesso studio in eo elaboravit, ut rempublicam in meliorem statum redigeret, quod alia oblata occasione copiosius exponam. Quum autem nihil effecisset, exeunte anno 1701 principis castra secutus est, qui ingenio eius recte aestimato melius uti sciebat, quique tandem, quoniam quae vellet prudenter et assiduo effecit, omne lucrum belli diuturni sibi et suo regno soli vindicabat atque obtinebat, licet cum Polonis partendum fuisset, nisi rex indignus ruinam huius populi maturavisset, quam iam tum haud sine ipsius culpa vix effugere posse videbatur.

Additamenta.

I.

Le Chevalier (de Flemming) passant par Boukau pour y saluer le Feld-Maréchal de Flemming, son oncle, le colonel de Paykul, qui possédoit une terre dans le voisinage et qui étoit ancien ami du Chevalier, vint l'y voir et luy amena Mr. Patkul, Livonien, son compatriote. Ce gentil-homme qui avoit été Maréchal de sa Province et capitaine aux gardes

du roy de Suede, exposa au Chevalier, qu'ayant été député par les états de sa Province au roy son maître, il lui avoit représenté le danger où la noblesse se trouvoit d'être opprimée par le Ministère de Suède etc. — ; qu'il avoit fait à l'electeur de Brandebourg le triste recit de ses malheurs et de ceux de sa patrie, et que Son Altesse Electorale l'avoit pris dans sa protection et l'avoit gratifié d'une pension de 500 écus à la recommandation de Mr. Danquellmann; qu'on avoit même pris à coeur les affaires de la Livonie et delibéré là dessus à la cour de S. A. E., mais que depuis la disgrace de ce ministre on les avoit laissé tomber et qu'il s'attendoit tous les jours à se voir ôter sa pension; qu'ainsi il se trouvait dans la nécessité de chercher un autre protecteur pour luy et pour sa patrie et qu'il avoit jetté la vue sur S. M^{te} Polonoise, d'autant plus que la Livonie, aiant appartenu autrefois à la Pologne, n'avoit été cedée à la Suede que sous condition que les droits et les privileges de la noblesse seroient conservés etc. — —, qu'ainsi il prioit de luy procurer la protection de S. M^{te} avec une pension. Le Chevalier luy repondit, qu'il estoit touché de ses malheurs et ceux de sa patrie, qu'il feroit là dessus des representations au roy et tâcheroit de luy obtenir une pension, qu'en attendant il pouvoit faire fonds sur son amitié et sur sa bourse. (Ex fragmentis commentariorum a Flemmingio conscriptorum).

II.

Bei Riga d. 28. Febr. 1699.

— — Nichts hätte uns lieber sein sollen, als Jemanden aufs unsern Mitteln, wie wir anfangs gesonnen gewesen, zu Ew. Excellenz abzufertigen, umb derselben darzulegen, wie hoch wir und unser ganzes Vaterland Ew. Exc. verbunden sind, davor, das Sie zu dem Werke unser Erlösung behülflich sein und unserm bei sich befindlichen Mittbruder dero Gewogenheit würdigen wollen. Weil aber es unmöglich ist, in solcher Stille zu Ew. Exc. sich zu verfügen, das nicht Jemand es entdecken und also auskommen sollte, welches allem Vorhaben höchst nachtheilig sein würde; so können wir nicht weiter gehen, als das wir mittelst diesem und durch H. Hoff Marschallen von Löwenwolde Ew. Exc. Allergehor samst ersuchen, Sie geruhen in denen uns favorablen sentiments, davon unser bei Sie seiender Freund uns weilläufftig versichert hat, geneigt zu continuiren und zu glauben, das die ganze Ritterschaft und alle ihre Nachkommen Ew. Exc. Nahmen jederzeit veneriren und nichts im geringsten werden fürüber gehen lassen, was zu Bestärkung aller ersinnlichen Erkäntlichkeit dienen kann. Ja wir sind nicht in dem Vermögen zu contestiren, wie groß die Hoffnung sey, so wir auf Ew. Exc. gesetzt, welche wir unablös-

sig anflehen, bei uns Ihren Nahmen großs zu machen und zu verewigen und im übrigen zu glauben, daß wir bei Empfehlung der Obhut des Höchsten, Zeit Lebens sein und sterben werden

Ew. Excellence

Gustaff v. Budberg, Landrath.

A Son Excell.

Monseigneur le Baron de Flemming etc.

III.

Instruction für J. R. Pattkul. Wornach man sich bey obhandener Negotiation hauptsächlich zu richten.

1) *Weiln unserm lieben Mittbruder die Rechte und Privilegien unsers geliebten Vaterlandes sambt deren Ursprunge und andern Befugnissen der Ritterschaft zur Gnüge bekannt, immaußsen derselbe ehemahln die Function eines LandMarschallen im Lande, bey administrir- und dirigirung der Canzelley und archivs wie auch bey Ablegationen verwaltet; alß wird Er geliebt auff alles solches genau zu reflectiren und bey obhandenen tractaten Ihme seines Vaterlandes Wolfurt und bestes angelegen sein zu lassen.*

2) *Wird Er insonderheit vor die Sicherheit der protestantischen Religionen sorgen, und es so machen, daß wider der Ritterschaft expresse Einwilligung die catholische Religion nicht eingeführt werde, weder in Land noch Städten, sondern daß es quoad hunc passum dabei verbleibe,*

wie es bissher zu damit ist gehalten und in der neuen Kirchen-Ordnung versehen worden.

3) *Wegen der Jurisdiction in secularibus et ecclesiasticis muß gebührende Vorsichtigkeit gebraucht werden.*

4) *Muß all den Unordnungen, welche in vorigen Zeiten unter polnischer Regierung dieser Province eingeschlichen, anietzo vorgebauet und der wegen zu dergleichen Unheil verlegt werden, zumahlen dieselbe Unordnungen Ursache sind gewesen der darauf erfolgten Trennung dieses Herzogthums von Pohlen.*

5) *Der Staat vom Lande, sowol in militär als civil und ecclesiastic-Wesen samt allen dazu erforderlichen Bedienten, deren Bestellung und Einrichtung, muß der Ritterschaft verbleiben.*

6) *Weiln von Alters her dies Land von der Ritterschaft ist erobert und regiret worden; so muß dahin gearbeitet werden, daßs solches voriges Recht restituiret werde. Jeddenoch ist die Ritterschaft friedlich, umb ein Ewig und unzertrennlich Glied der Chron Pohlen zu seyn und zu bleiben, solches gantze Herzogthum, Land und Städte, cum omnibus regalibus maioribus et minoribus, als ein Lehen der königl. Majt. zu Pohlen und der Chron zu recognosciren, und auf eigenen Kosten 5000 Mann zu Fufs und 600 Mann wol mondirte Reuter mit benöthigten Of-*

ficiers zu halten und zu kleiden, auch die Festungen in baulichen Wesen auf eigenen Kosten zu unterhalten, so dafs das Reich Pohlen eine sichere Vormauer gegen Schweden und Moscau von der Seiten haben und aller guten reellen Dienste von der Ritterschaft sich zu versehen haben solle, mehr als von Churland.

7) *Die Quelle aller bishero mit dem Rath und der Stadt Riga gedauerten Mifshelligkeiten, wird unser lieber Freund und Mitbruder zu heben trachten, damit wir nach diesem in Einigkeit und Friede mit einander leben und von allen innerlichen Zerrüttungen gesichert sein können.*

Und also wird über alles dies und was sonst noch mehr und weiter zu unsers Vaterlandes Besten sollte können oder mögen behandelt und durch die Capitulation erlanget werden, unser lieber Freund, Verwandter und Mitbruder hirmit in kräftigster und beständigster Form zu tractiren, zu promittiren und zu stipuliren authorisiret und bevollmächtiget, dafs Er in alle dem freye Hände habe, und alles solches sub clausulis rati grati et indemnitis, Uhrkundlich unter der Ritterschaft des Herzogthumbs Liefland gewöhnl. Siegel. Datum bey Riga den 28. Febr. Ao. 1699.

IV.

Au Lieut. Gen. Flemming.

Wallendorff ce 9 Janv. 1700.

Il y a aujourd'huy un mois, que j'ai été de retour à Janisky, ou je croyois de trouver Votre Excellence infailliblement, suivant ce dont nous etions convenu lors de mon départ de Varsovie. Et comme je ne trouvois pas d'autres ordres, moi et tous ceux, qui vous ont souhaité dans ce quartier là presque avec des larmes, vous ont attendu à tout moment, surtout lorsqu'on n'avoit eu aucune lettre pendant 6 jours de postes. A la fin nous eûmes une du $\frac{9}{10}$ Xbre, qui ne fit aucune mention de votre depart. C'est pourquoi Monsieur le Major General de Carlowitz et moi, nous sommes mis en chemin, pour aller en Saxe, où Sa Majesté et Votre Excellence apprendront plus au long, quel moment on a negligé, lequel on n'attrapera plus. Enfin l'absence de Votre Excellence n'a jamais été tant regrettée et jamais Votre Excellence ne trouvera lieu de se signaler par une action aussi eclatante qu'auroit été celle là etc.

de Memmel ce 9 Janv. nouv. Style 1700.

de Wallendorff (Patkul).

V.

Ex literis Hallertii ad regem Poloniae, Holmiae die XIX m. Nov. a. 1701. „*Ich bin auch hinter eine gewisse sach gekommen, so nöthig*

erachtet gegen Ew. Maj. Meldung zu thun, als nehmlich, dafs der Anschlag, welchen die unsrigen vor drei Jahren auf Riga gehabt, durch die Hertzogin auf einrahten Dehro leichtfertigen rath Lauen an den Gruff Dahlberg entdeckt worden, sie sich auch nebst ihren Prinzen der Schwedischen Protection ergehen wollen, und will man sagen, dafs Ihro Maj. der König von Preussen dieser Wegen sehr ungehalten auf sie, dahehro sie sich auch bey Dehro Schwester zu Zeitz aufhalten soll.“

THESES.

I.

Veteres Curoni non sunt eiusdem originis ac Letti, qui hodie Curoniam incolunt, sed Finnicae.

II.

Carolus XII, rex Sueciae, non hostium, sed coniuratorum telo occidit.

III.

Historia medii aevi, quod dicitur, tantum ad Romanicas Germanicasque gentes pertinet.

IV.

Cultura antiquorum populorum minus erat perfecta et universalis quam recentium.

V.

Optima reipublicae forma non est, quae optime excogitatur, sed quae conditioni populi optime respondet.

VI.

Philosophia historiae in rerum nexu et causis investigandis versatur, non tamen secundum ideas quasdam mente conceptas (a priori) exstruenda est.

VII.

Civitates non regendae sunt a philosophis.